



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

in denen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, geschehen ist, In einer ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1736

§.XXII. Der Königin in Schweden Schreiben an die Reichs-Stände.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51459)

1649.
Majus.

§. XXII.

1649.
Majus.Der Königin
in Schweden
Schreiben an
die Reichs-
Stände.

Zu Beförderung der Schwedischen Intention, wurde ein an die Reichs-Stände gestelltes Schreiben, bey der Königin CHRISTINA, zu Stockholm ausgewürcket: Welches zwar, weil sich inmittelst die Umstände in etwas verändert hatten, originaliter nicht insinuiert, sondern nur einigen unter der Hand communicirt

wurde: Doch wird dasselbe um deswillen nicht unangenehm zu lesen seyn, weil sich des SALVII munterer Geist aus allen Zeilen desselben sehen läßt, und daraus wahrzunehmen stehet, wie man auch der Unschuld selbst ein Verbrechen, durch künstlich gesetzte Worte, aufbürden könne.

N. I.

Der Königin Christina zu Schweden erlassenes Schreiben an die Reichs-Stände.

Reverendi, Illustres, Magnifici, Generosi atque Spectabiles Domini, nobis sincere dilecti. Quod post funestum & diuturnum bellum, quod compluribus jam annis gestum est, Orbi Christiano, inprimisque Germaniæ sua Pax jam restituta sit, DEO Optimo Maximo merito acceptum ferimus, qui justæ causæ armisque Nostris & Fœderatorum, nec non collatis exantlativè in Osnabrugenses & Monasterienses Tractatus Legatorum nostrorum & Interessatorum aliorum, pariter ac vestris indefessis laboribus, ex alto tam largè benedixit, ut in certa Pacta ac Conditiones inter dissidentes undiquaque Partes præterlapso demum autumnno conventum sit. Optandum fanè esset, ut citra omnem difficultatem temporisque jacturam cuncta ex præscripto Conventionis Executioni dari potuissent; Nec Nobis causa nec Dominis Statibus Imperii ansa esset, de mora plenè percipiendorum è Pace fructuum, deque prorogatis hæctenus sustentationis militiæ nostræ molestiis atque in commodis querendi. Ingens quidem est gesti belli moles, & fluctus ætuosi hujus maris subitanè quiete difficulter componuntur; Si quæ nihilominus circa totalem horum abolitionem obrepere difficultates atque impedimenta potuerint, studio omni ac sedulâ curâ cavimus & præcepimus, ut superarentur; transmissis justo tempore & ante commutatis, quam cæteris requisitis reciproçè satisfactum fuit, non modò tabulis Ratificationis nostræ, verum etiam Mandatis ex vigore Instrumenti Pacis militem dimittendi avehendique, & loca præidiis nostris infessa secundum adæquatam rei ordinem restituendi.

Quod si Dominis Principalibus vestris grave nimis & molestum haud fuisset, pari zelo & nisu præfatam Conventionem ipsamque adèò Pacem implere, dubium non est, quin sua universo huic operi præfato absolutio jam pridem constitisset. Ex quo verò præter omnem expectationem nostram accidit, in præsens adhuc tempus nonnullas Ratificationes detineri, multos etiam oppressorum turbatorumque Statuum Imperii, pristinæ conditioni, Juribus ac bonis suis nondum restitutos esse, nec firmâ certitudine niti solutionem istius pecuniæ, quæ militiæ nostræ ex præscripto Pactorum numerabitur, & sine quâ nulla institui Exauctoratio potest; Ut nonnulla alia, quorum tempestivam executionem Pacis Instrumentum præscribit, silentio prætereant; Mirari subit, tam acriter atque instanter urgeri præposteram, & naturæ hujus rei contrariam militem exauctorandi & loca evacuandi rationem! Neque enim latere Vos potest, Celsissimum Principem, Dominum *Carolus Gustavum*, Comitem Palatinum Rheni, Consanguineum, & cui rerum nostrarum per Germaniam Bellicarum curam commissimus, Gene-

1649.
Majus.

Generalissimum Nostrum, abrogandis Exercituum nostrorum impedimentis, & reducendis in ordinem Legionibus ac Cohortibus, nec non dimittendis bonam partem Officialibus, initium fecisse, ab ejusque Dilectione eo nomine ad omnes ac singulos in septem illis Circulis hospitantes Generales prescriptum esse, ut iussu hæc exsequerentur, transmissâ pariter iis assignatione in certam aliquam pecuniâ impetrandâ quantitatem, quæ huic saltem reductioni & dimissioni promovendâ ac peragendâ sufficeret: Eâ prorsus intentione, ut Statibus Eorumque subditis sublevamentum accederet, donec super Universali Exauctoratione Militiæ & Restitutione Locorum, inter Summos Belli Duces, ad quos hæc res in ipsis Pactis remissa est, conventum transactumque fuisset. Sed, quod non potest non ægerrimè ferri, comperire licet, variis modis solutionem vel declinari vel differri, partim exceptione adversus ea Loca, quæ deponendis pecuniis destinata sunt, partim remissione non solutarum Assignationum, partim prætextu hujus rei cum Constacibus communicatione: Nonnullos etiam id satagere, ut ab hoc onere prorsus eximantur, alios solutionem datâ operâ impedire, quosdam præsumere certas leges distributionis modo præscribere: In nonnullis quoque locis parum pecuniæ, ast multum lamentationis reperiri; prætextibus ferè omnibus præstandi vel impossibilitatem vel difficultatem.

1649.
Majus.

Quò fit, ut in prætextâ sublevationis intentione, Dominum Generalissimum Nostrum impediri, ipsosque Status moram protractâ Executionis, & multiplicationem incommodorum ex hospitatione militari provenientium in se cumulatim attrahere, necesse fuerit. Exercitus autem atque Copias sine prænumerato stipendio non reducere modò, sed & planè exauctorare, naturæ vel qualitatè exauctorationis & meritis militiæ nostræ adversatur. Constat enim Vobis & Universis rerum præsentium gnaris, militem nostrum sine differentia, cujusque sit Gentis, non tantum pro Nostra, sed Communi Imperii Salute, multis jam retrò annis pugnâsse, & ingentes difficultates ac labores, vulnera & pericula sustinuisse & exantlasse, idque summâ & admirabili cum constantia ac fortitudine, ut negligi, transiliri aut dimitti sine soluto certo stipendio nequeat. Nec negari quidem potest, Status Imperii diuturnò hoc bello penè exhaustos, & per bellicas Hospitationes, Stativa, Transitus, & Excuriones, & ejusmodi bellicorum incommoda alia ad angustias rei familiaris redactos esse; Cum tamen vel maximè expediat, non tam malorum sensum, quo affecti bello Status fuerunt, quam bona, quæ inde eveniunt, æstimare, siquidem libertas publica Statuum Imperii neque aliis rationibus olim acquisita, neque nunc conservari possit; Ipsique Status ponderata militis nostri virtute atque servitiis hæctenus præstitis, in consensum Satisfactionis militaris publica pactione condescenderint; Minimè dubitamus de promptâ Ipsorum voluntate promissâ isthæc reapse ad implendi. Id Nos haud mediocriter adficit, quod rumore ad nos perlatum est; Intentiones & actiones nostras, militisque nostri Satisfactionem nonnihil invidiose traduci, & non nisi quodam convitio, & præter omnes in Nos spargi, stare nimirum nobis sententiam, post acceptam pecuniam, modernos Exercitus nostros retinendi, eorumque servitia adversus alios destinandi. Quæ res certe aliena est à nostro instituto & consiliis pacandi Orbis Christiani in eoque Germaniæ, & perspicuè declarandi Nos publicis Pactis strictè in hoc non minus quam aliis Pacis Requisitis ac Conditionibus institutas esse, nec non commissuras ut, ab iis & promovenda stabiliendaque Pace latum unguem discedatur.

Nemo verò nobis vitio vertere, vel jure succensere potest, quod tuto & prudenter, nec non ex præscripto Pactorum & secundum ordinem Executionis, ipsam Pacis Executionem peragendam esse existimemus, nec comita-

1649.
Majus.

mitamus, ut ad Exauktionem uniuersæ Militiæ nostræ & Locorum Evacuationem prius procedatur, quam Pactis Conuentis fuerit satisfactum, præcipuè in iis Articulis, qui Restitutionem Statuum ex capite Amnistie & Gravaminum & Satisfactionem Militiæ nostræ concernunt. Sanè Divus Parens noster ad arma capeffanda provocatus, magnique momenti rationibus motus ad suscipiendam sui suorumque atque amicorum Statuum defensionem, nihil habuit prius, quam ut oppressi, & juribus bonisque suis exuti Status restituerentur; Nos hæredes ut Regni Jurisque, sic belli atque intentionis Paternæ id maximè intendimus, ut iidem pristina Libertati & possessionibus restituantur. Nec videmus, quâ vel conscientia, vel cum aliquâ securitate eorundem Ordinum & Posterorum admittere pativè possimus, ad pejora aegritudinem hanc relabi, & in deterius conditionem dictorum Statuum vergere, Eorumque restitutionem perpetuo silentio premi atque obliterari, Pacem verò mutilam ac mancam, & quæ fomentum belli esset, insuper habitis iis, quorum maturam Executionem tabulæ Pacis definiunt, amplecti. Quæ si ad rigorosam factæ Publicæ Conventionis cynosuram expendantur, intra bimestre tempus, & ante commutationem Ratihabitionum, cuncta effectui mandari debuissent; Nunc cum aliquot insuper mentes isti negotio insumpti sunt, nec miles exauktionari, aut Loca ulla evacuari poterunt priusquam destituti Status, quorum nomina in Instrumento Pacis expressa sunt, pristino Juri ac Conditioni suæ restituti, & Satisfactio militaris re ipsa præstita fuerit; Nec Nobis aut Generalissimo Nostro, nec Militiæ Nostræ ullo Jure imputari potest protractæ Executionis culpa, & quæ à longiori, quam sperabatur, militis nostri sustentatione, Statibus Imperii enata sunt molestiæ. Pari quidem passu ut peragatur solutio stipendii pro primo termino, Exauktionatio militiæ & Locorum Evacuatio, Pacis Instrumentum præscribit; Sicut autem Restitutio Locorum fieri haud potest, nisi per intervalla & motu successivo, quando quidem certo ordine & modo, quæ tempus requirunt, ex præscripto Pactorum peragi debent. Quo fit, ut Generalibus Exercituum Ducibus, Eorumque Conventioni hæc res pariter atque militiæ Exauktionatio, commissâ & delata fuerit: Ita non videmus, qua ratione exauktionari miles, quæve ipsi conferri dimissio ante potest, quam cum eo de certa quantitate participandæ Satisfactionis conventum est; præsertim cum sine confusione Exauktionationem institui conveniat, ut non de momentaneo aliquo, sed de uno continuo actu Pacta loqui, & stipendium militi prius numerari, quam Exauktionationem institui, necesse sit.

Hiscæ omnibus à Statibus ipsis medela adhiberi potest & conventio Pacis ab omnibus, quorum interest adimpleri, & tempestivè Executioni dari debet, ne sub diuturno nimioque onere Status succumbant. Quod vobis utique confidimus, ut pro industria & amore Pacis vestro, Principibus ac Principalibus vestris congruis rei tam magni momenti rationibus declaretis, & ad remotionem residuorum obstaculorum pro zelo, & quam geritis ac sustinetis cura publici hortemini; Vosque adeo consilia & operas vestras eò dirigatis, quo durante inter summos hæctenus belligerantium Partium Duces Conventu & Tractatu, qui super ordine modoque Exauktionationis militis & restitutionis Locorum Noribergæ jam instituitur, & ut speramus, jam inchoatur, maturetur restitutio dictorum Statuum in pristinum, & secundum tenorem Conventionis Publicæ & condita Satisfactionis militaris quantitas pro primo termino in locis definitis præstetur, ne ex hisce postmodum & ubi ad Exauktionationem militis & Evacuationem Locorum deventum fuerit, ulla difficultas enascatur aut remora hisce exequendis injiciatur.

§

Cum:

1649.
Junius.1649.
Junius.

Cumque relatum Nobis sit imputari Ipsius Generalissimi Nostri Dilectioni atque militiae Nostrae culpam Contraventionis in multis, quae conclusam Pacem ejusque Executionem spectant, idque satagi à multis, quo impostertum ex reliquis duabus Myriadibus secundo & tertio termino vigore Pactorum exsolvendis defalcetur id omne, quod in sustentationem militiae Nostrae ultra duos illos in Instrumento Pacis pro exequendis conventis determinatos Menses, in septem istis Circulis hospitantis insumptum ac conversum est; palam autem est, Dominum Generalissimum & universam adeo militiam Nostram hac in re omni culpa vacare: Idcirco, cum necesse esse videatur, ut Recessus quidam, in quo ejusmodi praetensiones aboleantur, ineatur, Vobis hujusce rei promotionem, atque ut de nova & reali affecuratione super indubitata reliquarum duarum Myriadum solutione Nobis prospiciatur, meliorem in modum recommendamus. In Nobis aut Generalissimi Nostri Dilectione, nulla erit vel Paci mora, vel Executioni impedimentum, quo minus Pax conclusa & tranquillitas universalis tot annos jam exulans indilare efflorescat, & quae in eum finem Executioni à Nostrae parte mandari debent, Exauctoratio militiae Nostrae & Praesidiarum Nostrorum eductio Locorumque adeo Evacuatio, in effectum prorsus deducantur. DEUM autem precamur, ut vestris consiliis ac laboribus prosperos eventus & effectus largiatur; Cujus tutelae vos commendamus. Dabantur in Regia Nostra Stockolmensi die 19. Maji Anno 1649.

CHRISTINA.

§. XXIII.

Reichs-Deliberation über die Kayserliche Proposition.

punctum Legitimationis zu berichtigen.

darauf gemachttes Reichs-Conclusionum.

Dem genommenen Verlaß gemäß, versammelten sich sämtliche Stände, bey Chur-Maynz, am 1ten Junii, und als des Vor- und Nachmittags bis um 8. Uhr deliberiret wurde, schlugen die Conclusa dahin aus, daß quoad *Formalia* vor allen Dingen, und weil mehrere und wichtigere Handel vorkommen möchten, alle aus dem Fürsten- und Städte-Rath anwesende, zu Legitimation ihrer Personen gewöhnliche Mandata einholen, und bey dem Reichs-Direktorio förderlich einbringen sollten; Sodann, daß dieser Conventus Extraordinarius, dem Herkommen des Reichs kein Praejudicium zuziehen, noch man sich instänfftige darauf beziehen, und solchen zum Exempel anziehen sollte, auch, daß man in dieser Sache nicht eben per Majora, sondern vielmehr durch freundliche Zusammensetzung schliessen möge; Ratione *Materlalium* wurden, nach Form und Ordnung der Kayserlichen Proposition, folgende Schlüsse gemacht: (1) Daß der Aufsatz des, denen Franzosen übergebenen Projectts, per *Dictaturam* sollte communiciret, die Kayserlichen Gesandten auch ersucht werden, instänfftige die Aufsätze denen Stän-

den ehender zu communiciren, als selbige ausgehändiget würden, damit selbige mit ihren Monitis bey Zeiten darauf einkommen könnten. (2) Franckenthal, und das solcherhalß vorgeschlagene Temperament betreffend, wurde davor gehalten, daß man sich bey solcher Sache wohl vorzusehen habe, damit man sich nicht allzuweit darinnen vertieffe, und denen Ständen einige neue und mehrere Obligation, als in dem Instrumento Pacis begriffen sey, dießfalls per directum oder indirectum aufgebürdet werden möge, dannhero die Stände keinesweges damit etwas zu schaffen haben möchten, daß sie selbst dergleichen Temperament denominiren, elegiren oder pro sufficienti erkennen sollten; sondern, wie sie super quaestione: *An admittendum sit Temperamentum?* bey denen Cronen nur per modum Intercessionis sich hätten gebrauchen lassen; also würden die Königlichlichen Plenipotentiarii entweder selbst das Temperament ernennen, oder die übergebene Lista der Derter, denen Cronen zu ihrer selbst eigenen Option überlassen; Noch weniger aber könnten die Stände, dem Herrn Chur-Fürsten Pfalz-Graffen einrathen, woher derselbe

Dehntunck wegen des Franckenthalischen Temperament gebrauchet